



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000119078

Digitized by Google

DE MUTATIONIBUS,
QUAS
**SYSTEMA IURIS NATURAE AC
GENTIUM**

A
**GROTHI TEMPORIBUS HUCUSQUE
EXPERTUM FUERIT,**
COMMENTATIO LITERARIA.

~~~~~  
QUA AD  
ORATIONEM ADITIALEM  
DIE IX OCTOBR. cI9 I9 CCCV.  
M. L. Q. C.  
HABENDAM  
OBSERVANTISSIME INVITAT  
**CAROLUS HENRICUS LUDOVICUS  
POELITZ,**  
PHILOSOPHIAE DOCTOR, PROFESSOR IURIS NATURAE AC GENTIUM  
ORDINARIUS, SOCIETATIS LITERATUM ERFORDIENSIS ET SOCIET.  
OECONOM. LIPSIENSIS SODALIS.

~~~~~  
VITEBERGAE
LITERIS CHRISTIANI HENRICI GRAESSLERI
ACAD. TYPOGRAPHI.



§. I.

Iuris naturae et gentium scientia in earum disciplinarum numerum est referenda, quarum elementa quidem in veterum philosophorum scriptis reperiuntur¹⁾, sed dispersa adhuc, nec ad systematis ordinem revocata. Inter omnes enim constat, Hugonem Grotium primum fuisse, qui sub initiis saeculi XVII ius naturae et gentium in disciplinae formam redactum traderet. Neque tamen hoc cuiquam mirum videri poterit, quum ius, quod positivum vocatur, ex omni-

1) Socrates (cf. Xenophontis *Memorab.* l. 4. cap. 4. p. 277 ed. Zeunii) iam respicit ad ius naturae in colloquio cum Hippia: αγριφας δε των αδην, εφη, οι πνωια, νομος, τας γενετης, εφη, χωρα κατα ταυτα νομιζουμενο. — Plato derivavit leges civiles a moralibus in *Crito*, ed. Bip. T. I., p. 121; cf. *de republica*, l. 1, p. 351, ed. Stephan. — Aristotle, *Ethic. ad Nicom.* l. 5, c. 10 discernit ius νομικος (positivum) et ius φυσικος (naturale). — Cicero, *de officiis*, l. 3. c. 5 (ex rec. Ernesti, T. 4, p. 965): „Nequa vero hoc solum natura, sed est, iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus respublica continetur, eodem modo constitutum est, ut non licet sui commodi causa nocere alteri;“ et paulo post: „Itaque maiores aliud ius gentium, aliud ius civile esse voluerunt. Quod enim civile, non idem continuo gentium, quod autem gentium, idem civile esse debet.“ — Cornelius Nepos in *Themistocle*, c. 7, commemorat, Themistoclem, cum ageret de Atheniensibus coram magistratu Laçedaemoniorum, mentionem fecisse „communis iuris gentium.“

bus partibus absolutum perpolitumque esse deberet, antequam iuris naturae disciplina, h. e. philosophia de omni iure positivo, locum habere posset. Etenim quicunque, historia duce, cognitum habet, qua via iuris romani et canonici disciplina ex Italia in Germaniam fuerit translat a²), quibus inscitiæ tenebris et barbariei sordibus patria nostra obducta iacuerit, cum in Italia mercaturae beneficio et urbium Lombardicarum libertatis amore literae felicius efflorescerent; is facillime intelliget, nihil ea aetate magis spectari potuisse, nisi ut vincula societatis humanae, effrenata bellandi licentia soluta, per leges aliunde repetitas et cum iure in patria recepto coniungendas, paulo arctias adstringerentur³). Et profecto digna erat haec iuris romani scientia, quae nostratis cognita redderetur, quum plerique Iureconsulti romani tum in legibus ferendis, tum ad vitam revocandis, summa iudicii subtilitate valerent⁴). Quod vero maiores nosri hoc iure, ab exteris repetito suisque iuribus non scriptis adiuncto, contenti fuerunt, nec illud ad summa rationis principia revocarunt, id nemio iis vitiis vertet, qui sciatis, Germaniam, variis turbis factatam,

2) cf. I. Mat. Schröckh, *Kirchengeschichte*, T. 24, p. 525 seqq.; T. 30, p. 472 seqq. — Ant. Fr. Just. Thibaut, *iuristische Encyklopädie und Methodologie*, Alix. 1797, p. 150 seqq.

3) Cf. A. H. L. Heeren, *Geschichte des Studiums der klassischen Literatur*, T. I, p. 197 seq.; et p. 229 seqq. — Addi potest I. God. Eichhorn, *Allgemeine Gesch. der Kultur und Lit. des neuern Europa*, T. 2, p. 462 seqq. — Chr. Gottl. Bieder, *Commentarii de origine et progressu legum, iuriumque Germanicorum*, 2 P. Lips. 1787 seqq.

4) Car. Sal. Zachariae, *Anfangsgründe des philos. Privatrechts*, Lips. 1804, praef. p. V seq. — Caius, *Ictus romanus, saeculo secundo, primus ins naturae a iure civili separavit in libro de iustitia et iure*: „Nam quod quisque populus ipse sibi ins. constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque *civile*; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, vocatur *ius gentium*, quasi quo iure omnes gentes intantur.“

eo tempore ad meliorem imperii atque civitatis formam emersisse. Germania vero per pacem publicam MCCCCXCV constitutam ⁵) quum esset pacata, insequens Sacrorum emanatio ingenii humani acumen eiusque verum inquirendi studium potissimum occupavit, quod tamen postea per bellum Smalcaldicum et funestum illud tricenale valde deminueretur. Haec igitur tempora prorsus non ita erant comparata, ut philosophia de iure positivo in systematis formam redigi posset.

§. 2.

Interim tamen medio saeculo XVI iuris naturae suo modo tractandi periculum fecit Oldendorp ⁶), quem deinde Hemming ⁷) et Winkler ⁸) secuti sunt. Sed praestantioris ingenii vir adhuc desiderabatur, qui hanc disciplinam firmiori fundamento, h. e. rationis principiis superstrueret, cum saeculo XVII inēunte Hugo Grotius ⁹) prodiit, exi-

- 5) Instrumentum huius pacis in *Lünige Reichsarchiv*, Contin. i part. general. p. 146 et p. 223.
- 6) Io. Oldendorp, *tragoge sive elementaria introductio iuris naturae, gentium et civilis*, 1579. Ius naturae ita definivit; „est voluntas Dei per sanam rationem cognita et deinde in Decalogo promulgata.“
- 7) Nic. Hemming, *de lego naturae methodus apodictica*, Viteb. 1552.
- 8) Bened. Winkler, *principiorum iuris libri V*, in quibus genuina iuris tam naturalis, quam positivi principia et firmissima fundamenta ostenduntur, eiusdem summus finis ob oculos ponitur et divina auctoritas probatur. 1615.
- 9) Hugo Grotius *de iure belli et pacis libri tres*, in quibus ius naturae et gentium item iuris publici praecipua explicantur, Paris. 1625. — De huius libri editionibus et summa cf. *de Ompleda Lit. d. Völkerrechtes*, T. I, p. 195 seqq., et de Commentatoribus Grotii *ibidem*, T. 2, pag. 396 seqq. — In compendii formam rededit: Phil. Reinh. *Vitriarius*, *institutiones iuris naturae et gentium*, Lugd. Bat. 1692. — Conferri potest: Gottl. August. Tittel, *Geist des Grotius*, Tig. 1709. — Vitam Grotii

miae eruditionis et in rebus politicis exercitati iudicii vir, qui iuris gentium decreta in peculiaris disciplinae formam redigenda esse intelligeret. Et licet ille hanc iuris doctrinam exemplis magis illustraverit, quam ad summa rationis principia revocaverit; licet iuris gentium potius ad sua capita revocandi, quam iuris naturae a summis principiis derivandi consilium habuerit; tamen ille propterea utique laudandus est, quod primus fuit, qui hanc disciplinam ita in artis formam redigeret, ut omnia inter se aptissime cohaererent. Ei aequales fuerunt *Seldenus*¹⁰⁾, qui ius naturae nonnisi historice tractavit, et *Hobbesius*¹¹⁾, qui, quamvis ex sumptionibus suis iusta consecutione argumenta repeteret, tamen ex populi et aetatis ingenio aestimandus est, si de acumine eius recte iudicare velis. Huic e hominibus doctis sua gentis *Cumberland*¹²⁾ et *Sharrock*¹³⁾ opposuerunt.

§. 3.

Nova plane via et ratione summaque ingenii subtili-

scripsit *J. M. Schröckh*, in d. *Abbildungen und Lebensbeschreibungen berühmter Gelehrten*, P. 2, p. 237 seqq.

10) *Io. Seldenus*, *de iure naturae et gentium iuxta morem Ebraeorum*, Lond. 1640.

11) *Thom. Hobbes*, *Elementa philosophica de cive*, Amstel. 1647. — *Leviathan, or concerning commonwealth*, Lond. 1651; latine sub titulo: *Leviathan, sive de materia, forma et potestate civitatis ecclesiasticae et civili*, quam latinam versionem non ab Hobbesio ipso esse confectam contendit Semler (cf. *Baumgartens Gesch. der Religionspartheien* p. 69). — *Leviathan*, deutsch übers. a. T. Hal. 1794 seqq.

12) *Rich. Cumberland*, *commentatio philosophica de legibus naturalibus*, Lond. 1672.

13) *Rob. Sharrock*, *hypotheses de officiis secundum ius naturae, contra Hobbesum*.

tate iuris naturae disciplinam *Pufendorf*¹⁴⁾ tractare et ad systematis, quod vocant socialitatis, formam revocare studuit. Opus eius egregium methodo systematica et accurata argumenti tractatione commendatur. *Thomasius* quidem, cuius de plerisque philosophiae partibus maxima sunt merita, ab initio Pufendorfum sequutus¹⁵⁾), non omnes tamen eius sententias approbat, imo postea plures earum oppugnavit¹⁶⁾). Hic quamquam systema perfectum et omnibus numeris absolutum haud condidit; tamen hoc ei fuit proprium, ut ius naturae cum iure civitatum arctiori vinculo iungeret. Qua quidem in re *Gundlingum*¹⁷⁾ sectatorem habuit, qui doctrinam de officio et de iure cogendi iuris naturae fundamentum posuit. *Cocceius* uterque¹⁸⁾, *Grotii* interpretatione potissimum occupati, singulas quidem disciplinae partes magis excoluerunt, nec tamen eas in systematis formam coagmentarunt.

Ex hac periodo digni sunt, qui viris iam laudatis

- 14) *Sam. Pufendorf*, *Elementa iurisprudentiae naturalis methodo mathematica*, Lugd. Bat. 1660. — *De iure naturae et gentium*, libri 8, 1648, cum notis *Hertii*, *Barboyraci* et *Moscovii*, Lips. 1744. — *De officio hominis et civis*, libri 2, 1673. — *Adversus illum scriptis: Sam. Rachel*, *de iure naturae et gentium*, dissertationes dues, 1696. Cf. *Ompieda Lit. d. V.*, p. 276 seqq.
- 15) *Chr. Thomasius*, *institutiones iurisprudentiae divinae*, Lips. 1688.
- 16) *Eiusdem fundamenta iuris naturae et gentium*, Hal. 1688.
- 17) *Nic. Hieron. Gundling*, *ius naturae et gentium*, Hal. 1714. Vitam summi huius ICti in *I. M. Schröckh Abbild. und Lebensbesch. ber. Gelehrt.* P. 2, p. 225 seqq.
- 18) *Henr. Cocceji*, *diss. de principio iuris naturae unico, vero et adaequato*, Francof. 1699. — *Henr. L. B. de Cocceji*, *Grotius illustratus*, cum observationibus et introductione *Samuelis L. B. de Cocceji*, Vratisl. T. 3, 1744 seqq., quae introductio et separatim edita sub titulo: *novum Systema iustitiae naturalis et romanae*.

adnumerentur Buddeus¹⁹), Gribner²⁰), Glafey²¹), Vöhland²²), Staph²³), Reinhard²⁴), Heineccius²⁵).

§. 4.

Iuris autem naturae doctrina, quam ad disciplinæ dignitatem esset erecta et philosophorum studiis exculta, systematum, quæ subinde oriuntur, decretis conformata est. Qua quidem in re Systema Leibnitio-Wolfianum et Criticum illud magnam apud viros doctos auctoritatem habuit.

Leibnitz quidem summa ingenii subtilitate non solum quæ ad ius gentium pertinerent colligit²⁶), sed etiam de methodo²⁷) in scientia iuris ineunda meditatus est. Köhler²⁸) et Wolf²⁹), vestigiis illius insistentes, hanc discipli-

- 19) Io. Franc. Buddeus, *philosophia practica*, Hal. 1697.
- 20) Mich. Henr. Gribner, *principiorum iurisprudentiae naturalis libri 4*, Vit. 1710; ed. recentiss. 1748. Epitomen huic libri scripsit Io. Geo. Knoblauch, sub titulo: *Gribneri principia iurisprudentiae naturalis in nucleus redacta*, Lips. 1722.
- 21) Ad. Fred. Glafey, *Vernunft- und Völkerrecht*, Fraue. et Lips. 1723, ed. 3tia 1746.
- 22) Georg. Andr. Vöhland, *nucleus iuris naturæ*, in quo huius iuris principia, præcipue ex dignitate hominis naturali nova et hactenus nunguauisi hypothesi per nexus demonstrationis deducantur et explicantur, Lips. 1725.
- 23) Io. Sigism. Staph., *ius naturæ et gentium*, Mogunt. 1735.
- 24) Laur. Reinhard, *kurzgefasste Einleitung zum Natur- und Völkerrechte*, Lips. 1736.
- 25) Io. Gottl. Heineccius, *Elementa iuris naturæ et gentium*, Hal. 1738.
- 26) God. Guil. de Leibnitz, *codex iuris gentium diplomaticus*, 2 T. Guelph. 1747.
- 27) Eiusdem, *nova methodus disceendas docendaque iurisprudentiae*, Lipsiae 1748.
- 28) Henr. Köhler, *iuris naturalis exercitationes*, Ien. 1720. — *Juris socialis et gentium ad ius naturæ revocati Specimina 7*, Ien. 1735.
- 29) Christ. L. B. de Wolf, *ius naturæ methodo scientifica pertractatum*, 9 T. Hal. 1740 seqq. Pars octava continet; *ius civitatum, et nonas ius*

nam excoluerunt, alter quidem ius naturae ad singulas iuris positivi partes applicando, alter inquirendo decreta universa, quae iuris naturae scientiae et toti philosophiae practicae communia sint; quo factum est, ut ius naturae ab illo, quod positivum appellatur, latius disiungeretur et ut philosophiae practicae pars tractaretur. — Principia scholae Leibnitio-Wolfianae sequebantur *Baumgarten*³⁰⁾ et *Meier*³¹⁾.

Wolfii aetate apud exterios quoque iuris naturae disciplina excolebatur, et inter Anglos quidem a *Rutherfordio*³²⁾, *Bellersio*³³⁾ et *Hutchesonio*³⁴⁾; inter Franco-Gallos a *d'Aubeo*³⁵⁾ et *Villatio*³⁶⁾; inter Danos a *Holbergio*³⁷⁾; inter Helvetos a *Burlemaquio*³⁸⁾. Historiam eius *Buddeus*³⁹⁾, *Gröning*⁴⁰⁾, *Ludovici*⁴¹⁾, *Thoma-*

ius gentium. — *Ius publicum universale*, 1748. — *Institutiones iuris naturae et gentium*, Hal. 1750, et germanice: *Grundsätze des Natur- und Völkerrechts*, übers. von G. S. Nicolai, Hal. 1754. — *Vernünftige Gedanken von des Menschen Thun und Lassen*, Hal. 1720.

- 30) Alex. Theoph. *Baumgarten*, *ius naturae*, Hal. 1765.
- 31) Georg. Fred. *Meier*, *Recht der Natur*, Hal. 1707.
- 32) T. *Rutherford*, *institutes of natural laws*, Lond. 1754.
- 33) F. *Bellers*, *Delineation of natural laws*, Lond. 1749.
- 34) Franc. *Hutcheson*, *philosophiae moralis institutio compendiaria*, libris 3 ethices et iurisprudentiae naturalis elementa continens, Glasg. 1745, cuius operis uberior expositio post mortem autoris prodiit sub titule: *a System of moral philosophy*, 2 T. Lond. 1755.
- 35) *d'Aube*, *Essai sur les principes du Droit et de la Morale*, Par. 1743.
- 36) *de Villat*, *Le Droit de la Nature et des Gens*, 2 T. Londres 1758.
- 37) *Ludov. de Holberg*, *Einleitung in das Natur- und Völkerrecht*, aus dem Dänischen, Hafn. 1738.
- 38) I. I. *Burlemaqui*, *principes du Droit naturel*, 2 T. Geneve 1747; edit. auctior. a *de Felice*, 8 T. Yverdon 1766 seqq.; edit. recentiss. Par. 1791.
- 39) Io. *Franc. Buddeus*, *historia iuris naturalis*, Hal. 1695.
- 40) Io. *Gröning*, *Bibliotheca iuris gentium europaea*, s. *de iuris naturae et gentium principiis iuxta doctrinam Europaeorum*. libr. 3. Hamb. 1703.
- 41) Iac. Fred. *Ludovici*, *delineatio historiae iuris divini, naturalis et positivi universalis*, Hal. 1701; ed. 2. 1714.

sius ⁴²), Reinhard ⁴³), de Neumann ⁴⁴), Glafey ⁴⁵), et seniori aetate Meister ⁴⁶), Wiesand ⁴⁷) et de Ompteda ⁴⁸) scripserunt.

S. 6.

Illa aetate, quae inter philosophiam Leibnitio-Wolffianam et Kantianam est praeterlapsa, Achenwall ⁴⁹), Darjes ⁵⁰), Claproth ⁵¹), Nettelbladt ⁵²), Hollmann ⁵³), Schmaus ⁵⁴), Wiesand ⁵⁵), Breuning ⁵⁶), Westphal ⁵⁷),

- 42) Chr. Thomasius, *historia iuris naturalis paulo plenior*, Hal. 1719.
- 43) Laur. Reinhard, *historia iurisprudentiae naturalis*, Lips. 1725.
- 44) Io. Fred. de Neumann, *bibliotheca iuris imperantium quadripartita*, Norimb. 1727.
- 45) Ad. Fred. Glafey, *Vollständige Geschichte des Rechts der Vernunft*, Lips. 1739.
- 46) Chr. Fred. Geo. Meister, *bibliotheca iuris naturae et gentium*, 3 T. Goett. 1749.
- 47) Georg Steph. Wiesand, *Entwurf einer Historie des Naturrechts*, Lips. 1759.
- 48) Diet. Henr. Lud. L. B. de Ompteda, *Literatur des gesammten sowohl natürlichen als positiven Völkerrechts*, 2 T. Ratisb. 1785.
- 49) Gotl. Achenwall, *prolegomena iuris naturalis*, Goett. 1752; ed. 3tia 1762; deuique edidit de Selchow, 1782. — *Observationes iuris naturalis*, 4 Specimina Goett. 1754. — *Ius gentium europeum*, Goett. 1774 post mortem autoris prodit.
- 50) Iosach. Geo. Darjes, *institutiones iurisprudentiae universalis*, in quibus omnia iuris naturae et gentium capita methoda scientifica explanantur, Ien. 1740; ed. rec. 1754. — *Observationes iuris naturalis, socialis et gentium*, 2 T., Ien. 1751. seq.
- 51) Io. Christ. Claproth, *Grundriss des Rechts der Natur*, Goett. 1749.
- 52) Dau. Nettelbladt, *Sistema elementare universae iurisprudentiae naturalis, usui systematici iurisprudentiae positivae accommodatum*, Hal. 1748; ed. quinta, 1785.
- 53) Sam. Christ. Hollmann, *iurisprudentiae naturalis primae lineae*, Goett. 1751.
- 54) Io. Iac. Schmaus, *neues System des Rechts der Natur*, Goett. 1754.
- 55) Geo. Steph. Wiesand, *de iure naturae et gentium*, libri 2, Lips. 1758.
- 56) Chr. Heinr. Breuning, *delineatio philosophiae iusti, seu iuris naturae et gentium*, Lips. 1768.
- 57) E. Chr. Westphal, *institutiones iuris naturalis*, Lips. 1776.

*Schroeder*⁵⁸), *Scheidemantel*⁵⁹) iuris naturae scientiam libris utilissimis perpoliverunt, ac prior ille praeter subtilitatem et in finiendis notionibus accurationem propterea quoque commemorari meretur, quod primus illud cum iure gentium europearum coniunxit.

Eclecticismo, cui tum philosophi indulgebant, convenienter ius naturae proposuerunt *Hoepfner*⁶⁰), *Ulrich*⁶¹), *Feder*⁶²), *de Martini*⁶³), *Schlettwein*⁶⁴), *Tittel*⁶⁵), *Madihn*⁶⁶), *de Eggers*⁶⁷), *Fredersdorf*⁶⁸). — Addi potest *Samonet*⁶⁹), cuius praelectiones, priscam huius disciplinae formam pree se ferentes, post eius mortem editae sunt.

§. 6.

Ius gentium, a iure naturae seiunctum, praeter quos

- 58) *Lud. Conr. Schroeder, Elementa iuris naturalis, socialis et gentium*, Groen. 1735.
- 59) *Henr. Golof. Scheidemantel, leges naturales systematico pertractatae*, Jen. 1778.
- 60) *Lud. Iul. Fred. Hoepfner, Naturrecht des einzelnen Menschen, der Gesellschaften und Völker*, Giessae 1780, ed. 6ta. 1795.
- 61) *I. Aug. Henr. Ulrich, initia philosophiae iusti seu iuris naturalis, socialis et gentium*, Jen. 1783, ed. 2da. 1790.
- 62) *Io. Geo. Henr. Feder, Lehrb. der practischen Philosophie*, Goett. 1770, ed. 4ta. 1776. — *Untersuchungen über den menschlichen Willen*, 4 T., Lemgov. 1779 seqq.
- 63) *L. B. de Martini, Lehrbegriff des Naturrechts*, ed. 21 emend. Vind. 1787, qui Federum sequitur.
- 64) *Jo. Aug. Schlettwein, Rechte der Menschheit, oder der einzige wahre Grund aller Rechte, Ordnungen und Verfassungen*, Giessae 1784.
- 65) *G. Aug. Tittel, Natur- und Völkerrechte*, Franc. 1786.
- 66) *I. G. Madihn, Grundsätze des Naturrechts*, 2 P. Franc. 1790 seq.
- 67) *de Eggers, Versuch eines system. Lehrbuchs des natürlichen und Staatsrechtes*, Alton. 1790.
- 68) *Christoph. Fred. Fredersdorf, System des Rechts der Natur, auf bürgerliche Gesellschaften, Gesetzgebung und das Völkerrecht angewandt*, Brunsv. 1790.
- 69) *I. G. Samonet, Vorlesungen über das gesammte Naturrecht, nach dem Gundelingischen Lehrbuche, herausgegeb. v. Born*, Lips. 1799.

B 2

iam laudavi viros, tractarunt Zouchaeus ⁷⁰), Textor ⁷¹), Uffelmann ⁷²), Pompejus ⁷³), Ickstadt ⁷⁴), Mably ⁷⁵), Kahrel ⁷⁶), Glafey ⁷⁷), de Vattel ⁷⁸), Moser ⁷⁹), Schirodt ⁸⁰), de la Maillardiere ⁸¹), Achenwall ⁸²), Günther ⁸³), Neyron ⁸⁴), de Martens ⁸⁵).

§. 7.

Quae omnis philosophiae, cum theoreticae tum practicae, fundamenta concussit Kantii disciplina, iuris quoque naturae tradendi modum plane immutavit. Etenim quum hac disciplina practicae philosophiae partes a theore-

- 70) Rich. Zouchaeus, *iuris et iudicij socialis sive iuris inter gentes et quaestionum de eodem explicatio*, Oxon. 1650. Cf. Ompteda Lit. d. Völk. P. 1, p. 257 seqq.
- 71) Io. Wolff. Textor, *Synopsis iuris gentium*, Bas. 1680.
- 72) Henr. Uffelmann, *Diss. de iure naturae, gentium et civili*, Helmst. 1674.
- 73) Nic. Andr. Pompejus, *Diss. de existentia iuris gentium*, Altorf. 1688.
- 74) Io. Ad. Ickstadt, *Elementa iuris gentium*, Ulm. 1740.
- 75) Mably, *Droit public de l'Europe, fondé sur les traités*, Par. 1747.
- 76) Herm. Fred. Kahrel, *Völkerrecht*, Herib. 1750.
- 77) Ad. Fred. Glafey, *Völkerrecht*, Norimb. 1752, uberior delineatio iuris gentium addita iuri naturae ab ipso edito.
- 78) de Vattel, *Le Droit des Gens*, 2 P. à Leide 1758.
- 79) Io. Iac. Moser, *Grundsätze des jetzt üblichen europäischen Völkerrechts im Friedenszeiten*, Han. 1750. — *Grundsätze des jetzt üblichen europ. Völkerrechts in Kriegszeiten*, Tüb. 1752. — *Versuch des neuesten europ. Völkerrechts in Friedens- und Kriegszeiten*, 10 T. Franc. 1777. seqq. — *Erste Grundlehren des itzigen europ. Völkerrechts in Friedens- und Kriegszeiten*, Norimb. 1778.
- 80) I. Franc. Loth. Schrödt, *Systema iuris gentium*, Prag. 1768.
- 81) de la Maillardiere, *Précis du Droit des Gens, de la Guerre, de la Paix, et des Ambassades*, Par. 1775.
- 82) God. Achenwall, *iuris gentium europearum practici primae lineae*, Goett. 1775.
- 83) Car. Theophil. Günther, *Grundris eines europ. Völkerrechts, nach Vernunft, Verträgen, Herkommen und Analogie*, Ratisb. 1777.
- 84) I. L. Neyron, *Principes du Droit des Gens Européen*, Bronsv. 1785.
- 85) G. F. de Martens, *Einf. in das positive europ. Völkerrecht*, Goett. 1796.

tica accuratius separarentur, discrimen quoque illud, quod inter ius et officium, moralitatem et legalitatem, libertatem internam et externam obtinet, diligentius est definitum, utraque autem rationis autonomiae subiecta.

Ex criticae formulae decretis, antequam Kantii initia iuris doctrinae⁸⁶⁾ in lucem prodirent, iuris naturae scientiam tractarunt eius disciplinae sectatores, v. c. *Hufeland*⁸⁷⁾, *C. C. E. Schmid*⁸⁸⁾, *Iacob*⁸⁹⁾, *Heydenreich*⁹⁰⁾, *Schaumann*⁹¹⁾, *Schwarz*⁹²⁾; deinde *Reiner*⁹³⁾, *Groß*⁹⁴⁾, *Reidenitz*⁹⁵⁾. Alii illius formulae decreta respexerunt, ita tamen, ut et suum iudicium sequerentur, e. g. *Schmalz*⁹⁶⁾, *Abicht*⁹⁷⁾, *Hoffbauer*⁹⁸⁾, *Maass*⁹⁹⁾,

- 86) *Imman. Kant, metaphysische Anfangsgründe der Rechtslehre*, Regiom. 1796.
- 87) *Theoph. Hufeland, über den Grundsatz des Naturrechtes*, Lips. 1785. — *Lehrsätze des Naturrechts und der damit verbundenen Wissenschaften*, Jen. 1790; ed. 2da ab Eudaemonismi erroribus purgata, 1796.
- 88) *Car. Chr. Erh. Schmid, Grundriss des Naturrechts*, Jen. 1795.
- 89) *Lud. Henr. Iacob, philosophische Rechtslehre, oder Naturrecht*, Hal. 1795, ed. 2da. 1802. — *Auszug aus derselben*, 1796.
- 90) *Car. Henr. Heydenreich, System des Naturrechts nach kritischen Prinzipien*, 2 P., Lips. 1794 seq.
- 91) *Chr. G. Schaumann, de principio iuris naturae*, Hal. 1792. — *Wissenschaftliches Naturrecht*, Hal. 1792. — *Versuch, die Gegenstände des allgemeinen Naturrechts aus Prinzipien zu bestimmen*, in *Nietzhamers phil. Journal*, 1795, part. 9, p. 52 seqq. — *Kritische Abhandlungen zur philosophischen Rechtslehre*, Hal. 1795.
- 92) *F. A. C. Schwarz, die moralischen Wissenschaften*, 2 P., Lips. 1793. — *Pars prima continet ius naturae*.
- 93) *G. L. Reiner, allgemeine Rechtslehre nach Kant*, Landsh. 1801.
- 94) *Groß, Lehrbuch des Naturrechts*, Tub. 1802.
- 95) *Christ. Reidenitz, Naturrecht nach Kant*, Regiom. 1803.
- 96) *Theod. Schmalz, das reine Naturrecht etc.* 3 P., Regiom. 1795. — *Erklärung der Rechte des Menschen und Bürgers*, Regiom. 1793.
- 97) *Io. Henr. Abicht, neues System eines aus der Menschheit entwickelten Naturrechts*, Erl. 1792. — *Kritische Briefe über die Möglichkeit einer wahren wissenschaftlichen Moral, Théologie, Rechtslehre*, Norimb. 1793. — *Kurze Darstellung des Natur- und Völkerrechts*, 1795.
- 98) *I. Christoph. Hoffbauer, Naturrecht aus dem Begriffe des Rechts entwickelt*, Hal. 1795; ed. 2da. 1798. — *Untersuchungen über die wichtigsten Gegenstände des Naturrechts*, Hal. 1795.
- 99) *Io. Gebh. Maass, über Rechte und Verbindlichkeiten überhaupt und die bürgerlichen insbesondere*, Hal. 1794.

Rasp ¹⁰⁰), **Feuerbach** ¹⁰¹), **Maimon** ¹⁰²), **Klein** ¹⁰³),
Pörschke ¹⁰⁴), **Meyer** ¹⁰⁵), **P. Ch. Reinhard** ¹⁰⁶), **Karpe** ¹⁰⁷); alii ea uberius explicuerunt, v. c. **Mellin** ¹⁰⁸),
Tiefstrunk ¹⁰⁹), **Beck** ¹¹⁰), **Bergk** ¹¹¹); alii ad ea pro-

-
- 100) **Georg. Rasp**, *Erläuterungen der Lehrbegriffe des Naturrechts*, Vind. 1794.
- 101) **Paul Io. Anselin. Feuerbach**, *Kritik des natürl. Rechts*, Alton. 1796.
- 102) **Sal. Maimon**, über die ersten Gründe des Naturrechts, in *Nichthammers phil. Iourn.* 1795. partic. 2. p. 141 seqq. und in d. *Berl. Monatsschrift* 1795, Mens. April. p. 310 seqq.
- 103) **Ern. Ferd. Klein**, *Grundsätze der natürlichen Rechtsweisenschaft*, Hal. 1797.
- 104) **Car. Lud. Pörschke**, *Vorbereitung zu einem populären Naturrechte*, Reg. 1795.
- 105) **Io. Henr. Meyer**, *Versuch einer neuen Grundlegung zur allgemeinen Rechtslehre*, Lips. 1796.
- 106) **Phil. Chr. Reinhard**, *Versuch einer Theorie des gesellschaftlichen Menschen*, Lips. 1797.
- 107) **Franc. Sam. Karpe**, *Darstellung der Philosophie ohne Beinamen*, pars sexta, 1803.
- 108) **Geo. Sam. Alb. Mellin**, *Grundlegung zur Metaphysik der Rechte oder der positiven Gesetzgebung*, ein Versuch über die ersten Gründe des Naturrechts, Züll. 1796.
- 109) **Ioh. Henr. Tiefstrunk, phil. Untersuchungen über das Privat- und öffentliche Recht**, zur Erläut. und Beurtheilung der metaphys. Anfangsgründe der Rechtslehre von Kant, 2 P. Hal. 1797 seqq. — *Grundriss der Sittenlehre*, 2 P. Hal. 1803; pars 2da continet: *Wissenschaft der äußern Gesetzgebung oder der Rechtslehre der Vernunft*. Censor huius libri in *Ephem. theol. Marburg.* 1803, Beil z. St. 20, p. 403, monet: „Die äußere Gesetzgebung sollte nur überall die innere gleichsam repräsentiren, ein Abdruck derselben seyn; die Moral soll aus allen ihren Vorschriften vernehmlich sprechen; Legalität und Moralität müssen unaufhörlich in dem Bestreben, sich immer mehr einander zu nähern und Eins zu werden, begriffen seyn“ — p. 417. „Es kann der guten Sache gewifs nicht förderlich seyn, wenn man die Rechtslehre von der Moral so mühsam scheidet; in der Theorie und Praxis sollten sie verbunden bleiben. Der moralische Begriff ist der primitive, das Princip des Rechtsbegriffs; denn dieser stammt aus der Vernunft, und ihre Producte sind moralisch. Es bleibt gewifs für Staaten sowohl als für jedes Individuum die wichtigste Aufgabe: innere und äußere Gesetzgebung in beglückende Harmonie zu bringen. Das äußere Recht streitet keineswegs mit moralischen Bestimmungsgründen, vielmehr gewinnt es durch dieselben Kraft, Starke und Adel.“
- 110) **Iac. Sigism. Beck**, *Commentar über Kants Metaphysik der Sitten*, T. I., welcher die metaphysischen Prinzipien des Naturrechts enthält, Hal. 1798.
- 111) **Io. Ad. Bergk**, *Briefe über Kants metaphys. Anfangsgründe der Rechtslehre*, enthaltend Erläuterungen, Prüfung, Einwürfe, Lips. 1797.

pius accesserunt, e. g. *Buhle* ¹¹²), *Dedekind* ¹¹³), *Gutjahr* ¹¹⁴), *Krug* ¹¹⁵), *Bendavid* ¹¹⁶), *Tafinger* ¹¹⁷), *Leisler* ¹¹⁸), *Thomas* ¹¹⁹).

Fichte ¹²⁰), eodem fere tempore, quo Kantii iuris initia evulgarentur, iuris naturae doctrinam ex Idealismi sui decretis exposuit. *Schaumann* ¹²¹), *Stephani* ¹²²), *Michaëlis* ¹²³) et *Gerstäcker* ¹²⁴) horum duumvirorum placita coniungere conabantur. *Schelling* ¹²⁵) vero, antequam Identitatis systema in publicum emitteret, suam de iure naturae sententiam iam proposuit.

Quorum virorum auctoritate et ingenii acie quam omnia inquirendi studium excitaretur, nonnulli prodierunt viri, qui, sua via incidentes, nova ratione huius discipli-

- 112) *Io. Theoph. Buhle*, *Lehrbuch des Naturrechts*, Goett. 1798.
- 113) *Dedekind*, *Grundlinien der Rechtslehre*, Hildesh. 1798.
- 114) *Car. Theod. Gutjahr*, *Entwurf des Naturrechts*, Lips. 1799.
- 115) *Guil. Traug. Krug*, *Aphorismen zur Philosophie des Rechts*, P. 1. Jen. 1800.
- 116) *Laz. Bendavid*, *Versuch einer Rechtslehre*, Berol. 1802.
- 117) *Guil. Theoph. Tafinger*, *Lehrsätze des Naturrechts*, Tub. 1795.
- 118) *I. P. A. Leisler*, *populäres Naturrecht*, Franc. 1799.
- 119) *Ant. Thomas*, *Lehrbuch der natürlichen Rechtswissenschaft*, Franc. 1803.
- 120) *Io. Theoph. Fichte*, *Grundlage des Naturrechts, nach Prinzipien der Wissenschaftslehre*, 2 P., Jen. 1796 seqq.
- 121) *Chr. G. Schumann*, *Versuch eines Systems des natürlichen Rechts*, Hal. 1796.
- 122) *Henr. Stephani*, *Grandlinien der Rechtswissenschaft, oder des sogenannten Naturrechts*, 2 P. Erl. 1797. — *Anmerkungen zu Kants metaphys. Anfangsgründen der Rechtslehre*, Erl. 1797.
- 123) *Chr. Fred. Michaëlis*, *philosophische Rechtslehre, zur Erläuterung über Fichte's Grundlage des Naturrechts mit Rücksicht auf Kants Entwurf zum ewigen Frieden und metaphys. Anfangsgründe der Rechtslehre*, 3 P. Lips. 1797 seqq.
- 124) *Car. Fred. Guili. Gerstäcker*, *Versuch einer gemeinschaftlichen Deduction des Rechtsbegriffs*, 1801. — *Metaphysik des Rechts*, Erl. 1802.
- 125) *Fred. Guili. Schelling*, *neue Deduction des Naturrechts, in Fichte's und Niethamers phil. Ioarn. 1796, partie. 4, p. 278 seqq. Continuat.* 1797, partie. 4, p. 277. seqq.

nae principia stabilirent, e. g. *Hugo* ¹²⁶⁾, *Rüdiger* ¹²⁷⁾,
Rössig ¹²⁸⁾, *Schneider* ¹²⁹⁾, *Fries* ¹³⁰⁾, *Krause* ¹³¹⁾,
Zachariae ¹³²⁾, *Weiss* ¹³³⁾.

Recentiori aetate, uti iuris civitatum cum singulas
partes ¹³⁴⁾), tum universum corpus *Schloezer* ¹³⁵⁾, *Iacob* ¹³⁶⁾,
Heydenreich ¹³⁷⁾, *Hoffbauer* ¹³⁸⁾, *Majer* ¹³⁹⁾,
Behr ¹⁴⁰⁾) expoliverant; ita *Feuerbach* ¹⁴¹⁾, *Grolman* ¹⁴²⁾,

- 126) *Georg. Hugo*, *Lehrbuch des Naturrechts als einer Philosophie des positiven Rechts*, Berol. 1798.
- 127) *I. C. C. Rüdiger*, *Lehrbegriff des Vernunftrechts und der Gesetzgebung*, Hal. 1798. — *Anfangsgründe der allgemeinen Staatslehre*, Hal. 1795.
- 128) *Car. Gottl. Rössig*, *die Grundsätze des Natur- und Völkerrechts, des allgemeinen Staats- und allgemeinen bürgerlichen Rechts*, 2 P. Lips. 1794.
- 129) *E. C. G. Schneider*, *Versuch einer Entwicklung und Berichtigung der Grundbegriffe der phil. Rechtslehre*, Giess. 1801.
- 130) *Iac. Fries*, *philos. Rechtslehre und Kritik aller positiven Gesetzgebung*, Jen. 1803.
- 131) *Car. Chr. Fred. Krause*, *Grundlage des Naturrechts*, Jen. 1803.
- 132) *Car. Sal. Zachariae*, *Anfangsgründe des philos. Privatrechts, nebst einer Einleitung in die philosophische Rechtswissenschaft überhaupt*, Lips. 1804.
- 133) *Christ. Weiss*, *Lehrbuch der Philosophie des Rechts*, Lips. 1804.
- 134) *Car. Sal. Zachariae*, *über die vollkommenste Staatsverfassung*, Lips. 1802. — *Ueber die Erziehung des Menschengeschlechts durch den Staat*, Lips. 1802.
- 135) *Aug. Lud. de Schloezer*, *allgemeines Staatsrecht und Staatsverfassungslehre*, Goett. 1793.
- 136) *Lud. Henr. Jacob*, *Antinachiavel, oder über die Grenzen des bürgerlichen Gehorsams*, Hal. 1794.
- 137) *Car. Henr. Heydenreich*, *Grundsätze des natürlichen Staatsrechts*, 2 P. Lips. 1795.
- 138) *Io. Christoph. Hoffbauer*, *allgemeines Staatsrecht*, 2 P. Hal. 1797 seqq.
- 139) *Io. Chr. Majer*, *allgemeine Theorie der Staatsconstitutionen*, Hamb. 1799. — *System der Staatsregierung im Grundrisse*, Cux. 1803.
- 140) *Guil. Ios. Behr*, *System der allgemeinen Staatslehre*, T. I, Wirc. 1804.
- 141) *Paul. Io. Anselm. Feuerbach*, *Anti-Hobbes, oder über die Grenzen der höchsten Gewalt und das Zwangsrecht der Bürger gegen den Oberherrn*, 2 P. Erf. 1798. — *Revision der Grundsätze und Grundbegriffe des positiven Rechts*, 2 P. Erf. 1799. — *Lehrbuch des positiven peinlichen Rechts*, Giess. 1800.
- 142) *Car. Grolman*, *Grundsätze des Criminalrechts*, Giess. 1798. — *Ueber die Begründung des Strafrechts und der Strafgesetzgebung*, Giess. 1799.

Kleinschrod¹⁴³), Stübel¹⁴⁴), Tittmann¹⁴⁵), Thibaut¹⁴⁶), Bergk¹⁴⁷), de Almendingen¹⁴⁸), Abicht¹⁴⁹), Zachariae¹⁵⁰), et interpretes librorum Beccariae¹⁵¹) et Pastoretii¹⁵²) ius criminale; Politiken vero et philosophicam partem Cameralium Stewart¹⁵³), Smith¹⁵⁴), Ferguson¹⁵⁵), Payley¹⁵⁶), Garve¹⁵⁷), de Berg¹⁵⁸), Kant¹⁵⁹), Fichte¹⁶⁰), Voss¹⁶¹), Vogt¹⁶²), Genz¹⁶³),

- 143) G. Aug. Kleinschrod, *systematische Entwicklung der Grundbegriffe und Grundwahrheiten des peinlichen Rechts*, 3 P. Erl. 1794 seqq.
- 144) Christoph. Car. Stübel, *System des allgemeinen peinlichen Rechts*, 2. Pt. Lips. 1795.
- 145) Car. Aug. Tittmann, *Grundlinien der Strafrechtswissenschaft*, Lips. 1800.
- 146) A. F. I. Thibaut, *Beiträge zur Kritik der Feuerbachischen Theorie über die Grundbegriffe des peinl. Rechts*, Hamb. 1802.
- 147) Io. Ad. Bergk, *die Philosophie des peinlichen Rechts*, Mis. 1802.
- 148) de Almendingen, *Untersuchungen über die Natur und das Prinzip der bürgerlichen Straflichkeit. — Darstellung der rechtlichen Imputation*, Giess. 1803.
- 149) Io. Henr. Abicht, *die Lehre von Belohnung und Strafe*, 2 P. 1796.
- 150) Car. Sal. Zachariae, *Anfangsgründe des philos. Criminalrechts*, Lips. 1805.
- 151) de Beccaria, *Abhandlungen über Verbrechen und Strafen*, übers. von Bergk, 2 P. Lips. 1799.
- 152) Pastores Betrachtungen über die Strafgesetze, aus d. Franz. von Erhard, 2. P. 1792 seqq.
- 153) Iam. Stewart, *Untersuchung der Grundsätze von der Staatswirtschaft*, 2 P. übers. Tub. 1769 seqq.
- 154) Ad. Smith, *Untersuchungen über die Natur und die Ursachen des Nationalreichtums*, 4 P. übers. v. Garve, Vratisl. 1799 seqq. edit. rec.
- 155) Ad. Ferguson, *ausführliche Darstellung der Gründe der Moral und Politik*, übers. v. Schreiter, Tięg. 1796.
- 156) M. Payley, *Grundsätze der Moral und Politik*, übers. von Garve, 2 T. Lips. 1787.
- 157) Ch. Garve, *Abh. über die Verbindung der Moral mit der Politik*. Vratisl. 1788.
- 158) G. H. de Berg, *Versuch über das Verhältniss der Moral zur Politik*, 2 P. Heilbr. 1790.
- 159) Im. Kant, *zum ewigen Frieden*, Reg. 1795. — Ueber den Gemeinspruch: das mag in der Theorie richtig seyn, taugt aber nichts für die Praxis, 1793.
- 160) Io. Theoph. Fichte, *der geschlossene Handelsstaat*, Tub. 1800.
- 161) Chr. Dan. Voss, *Handbuch der allgemeinen Staatswissenschaft*, nach Schlözers Gründriß, 4 T. Lips. 1796 seqq.
- 162) Nic. Vogt, *System des Gleichgewichts und der Gerechtigkeit*, 2 P. Franc. 1802.
- 163) Fred. Genz, *Beiträge zur Berichtigung einiger Ideen der allgemeinen Staatswissenschaft*, in s. histor. Jour. 1799, Mens. Novemb. — Ueber den ewigen Frieden, in s. hist. Journ. 1800, Mens. Decemb.

*Zachariae*¹⁶⁴⁾, *Rössig*¹⁶⁵⁾, *de Sonnenfels*¹⁶⁶⁾, *Sartorius*¹⁶⁷⁾, *Lueder*¹⁶⁸⁾, *Lamprecht*¹⁶⁹⁾, *Succow*¹⁷⁰⁾, *Lung*¹⁷¹⁾, *Walther*¹⁷²⁾, *Schmalz*¹⁷³⁾, *Bensen*¹⁷⁴⁾, *Weber*¹⁷⁵⁾), qui tamen saepissime in diversissimas abierunt partes, melius excoluerunt.

§. 8.

Quamquam vero magna fuerunt incrementa, quae iuris naturae systematica tractandi ratio inde a philosophiae criticae in Germania propagatione caperet, qua in re Nostrates omnes nationes exteris longe superarunt; tamen illa disciplina, si quis eam per se et a philosophica parte spectaverit, ad altiorem perfectionem adhuc evehenda videatur¹⁷⁶⁾, licet magna inde orientur commoda, quod ius naturae a positivo seiungatur.

-
- 164) *Car. Sal. Zachariae, Janus*, Lips. 1802.
 - 165) *Car. Gotl. Rössig, Hand- und Lehrbuch der Politik*, Lips. 1804. — *Entwurf einer Encyklopädie und Methodologie der gesammten Staatswissenschaften*, Lips. 1792. — *Die neuere Litteratur der Policy und Cameralistik*, 2 P. Chemn. 1802.
 - 166) *Ios. de Sonnenfels, Grundsätze der Policy, Handlung und Finanz*, ed. 7ma, Vind. 1804. — *Handbuch der innern Staatsverwaltung*, Vind. Berol. 1798 seqq.
 - 167) *Geo. Sartorius, Handbuch der Staatswirthschaft nach Ad. Smiths Grundsätzen*, Berol. 1796.
 - 168) *Aug. Ferd. Lüder, Ueber Nationalindustrie und Staatswirthschaft*, 3 P. Berol. 1800.
 - 169) *Geo. Fredr. Lamprecht, Versuch eines vollständigen Systems der Staatslehre*, Berol. 1794. — *Entwurf einer Encyklopädie und Methodologie der ökonom. polit. und Cameralwissenschaften*, Hal. 1785.
 - 170) *Laur. Io. Dan. Succow, die Cameralwissenschaften*, ed. 2da. Jen. 1784.
 - 171) *Joh. Henr. Lung, Lehrbuch der Cameralwissenschaft*, Marb. 1790.
 - 172) *Fred. Lud. Walther, Versuch eines Systems der Cameralwissenschaften*, 4 P. Giess. 1793 seqq. P. 1 ed. nov. et emend. 1805.
 - 173) *Theod. Schmalz, Encyclopaedie der Cameralwissenschaften*, Regiom. 1797.
 - 174) *Heinr. Bensen, Versuch eines systematischen Grundrisses der reinen und angewandten Staatslehre*. 3 P. Erl. 1798. — edit. nova, auctior et emendatior, sub titulo: *System der reinen und angewandten Staatslehre*, P. 1, Erl. 1804. — *Versuch einer system. Entwicklung der Lehre von den Staatsgeschäften*, Erl. 1800.
 - 175) *Fred. Berend. Weber, Einführung in das Studium der Cameralwissenschaft*, 1804.
 - 176) Cf. mea commentatio: *das Naturrecht als Ideal aller Rechtswissenschaften*, in d. neuen Beitr. zur krit. Philos. v. Grohinann und Pöltz, Berol. 1798, P. 1. p. 223 seqq. — *Ueber das Ideal der Rechtslehre und über das Verhältniß des Naturrechts, des Völkerrechts, des Staatsrechts*.

Etenim nostra aetate in iure naturae non amplius de prima illa eaque rudi humani generis conditione sermo esse potest; imo potius in iure naturae et gentium hoc spectandum est, ut perspicue doceatur: quid sit agendum, *ut ius per totum terrarum orbem regnare incipiat*. Quemadmodum enim morum doctrinae, quae cum doctrina iuris philosophica communem habet fontem, hoc est propositum, ut homini libertate praedito leges praescribat, quas in agendo sequatur, eique perfectissimum virtutis exemplar proponat, ad quod rationis legi convenienter se plane componat, hacque ratione internum eius agendi veluti campum (*innerer freier Wirkungskreis*) per momenta moralia finiat; ita iuris naturae scientia, ob communem fontem ac finem, exemplar quoddam absolutum (*Ideal des Rechts*) proponere debet, quo externus agendi campus (*äusserer freier Wirkungskreis*) describatur, adeo, ut homo in vita societateque constitutus non metu tantum vel vi, sed animo prompto atque liberali aliis, qui cum ipso communi rationis libertatisque vinculo sunt coniuncti, officia debita praestet. Etenim ratio humana hoc vult, ut legalitas et moralitas uno eodemque vinculo contineantur.

Hinc consequens est, iuris et morum doctrinæ ob communem originem ac finem eandem esse dignitatem. Quod tamen non ita est intelligendum, quasi altera cum altera commutari, vel altera ex altera derivari possit ac debeat; sed hoc volumus, utramque disciplinam ob communem finem pari esse dignitate, et nonnisi relatione et imperandi formula diversas. Morum igitur doctrina quum maturius ad hoc fastigium sit erecta, quid impedit, quo minus et iuris doctrina, quae arctissimo necessitudinis vinculo cum illa est coniuncta, ad eundem dignitatis gradum perducatur? Ex

des Staatenrechts und der Politik unter sich, in meinen Fragmenten zur Phil. des Lebens, Chemn. 1802, p. 170 seqq. — Grundzüge des Naturrechts, aus dem Standpunkte des Ideals für die Rechtsschule überhaupt dargestellt, ibidem, p. 189 seqq. — Grundzüge des Völkerrechts, aus dem idealischen Standpunkte, ibidem, p. 233 seqq.

systemate autem iuris naturae, quod ipsius consilio respondeat, necesse est, ut omnis de vi et necessitate (*von dem Zwange*) disputatio plane excludatur et iuri civitatum adscribatur, quum civitatis nullum aliud potest esse consilium, nisi ut omnes naturae liberae ad maiorem perfectionem moralem, ipsa interdum vi adhibenda, adducantur. Ita autem fiet, vt, quod hucusque saepissime cum iure naturae miscebatur civitatum ius, accuratius ab illo separetur; ut ius naturae suam, quam ob finis praestantiam meretur, dignitatem, pariter ac morum doctrina, tueatur; ut denique norma oriatur, ad quam cum ius civitatum, tum reliquae iuris positivi disciplinae exigantur. Hinc vero apparet, nullum unquam tempus futurum esse posse, quo ius naturae per positivum, aut vice versa tollatur, vel civitates legibus constitutae plane exscindantur, rurisque illa et legibus soluta humani generis conditio revocetur. Imo potius proposito hoc iuris naturae sine quisque oninem operam adhibere debet, ut animum magis ad rationis et conscientiae dictamen conformet, quo moralis perfectio indies maiora incrementa capiat et omne cogendi ius in societate humana superfluum sensim reddatur. —

Sed finis est imponendus huic libello, quamvis illius argumentum hac opportunitate mihi oblata totum occupat animum. SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI, EIUSQUE AMICIS INTIMIS, PROFESSIONEM IURIS NATURAE AC GENTIUM ORDINARIAM in hac Academia Vitebergensi clementissime mihi conferre, placuit. Quam provinciam oratione: *de studii philosophiae cum doctiori iuvenum institutione, antequam ad Academiam accedunt, coniungendi necessitate*, die IX Octobr. publice habendam adire constitui. Te igitur, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, Te COMES ILLUSTRISIME, et Vos, LIBERI BARONES PERILLUSTRES, PROCERES UTRIUSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI, denique Vos, COMILITONES HUMANISSIMI, vt huic solemnitati interesse velitis, vehementer rogo. — Scripsi in Universitate Literarum Vitebergensi, Dom. XVII post Trinit. MDCCCV.

